1219 Rep. c. a. 1826 apud *Kirkintulloch* in Caledonia (cf. supra p. 200) *by the proprietor of the ground, Mr. Stewart of Peel* STUART. Longa erat circiter dig. 24, lata 6 BUCH. Inscriptum erat in media massa

CCLXX

Stuart Caledonia p. 323 (inde ego mus. Rhen. 12, 1857 p. 362); A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 37 qui habuit ab Ioh. Buchanan Glasgoviensi.

1220 Rep. a. 1774 in ripa septentrionali fluvii *Almond* in *Perthshire* Scotiae, prope confluentes fluvii *Tay*, ubi castrorum et fortasse etiam metallorum reliquiae sunt; *an oblong bar of lead*, pondo librarum 73. Videtur periisse. In latere dicuntur inscriptae fuisse notae hae

— (× J · XXX (II supra)

The muses threnodie ed. Cant (Perth 1774) p. 21. 25 (inde Stuart Caledonia p. 206; ego mus. Rhen. 12, 1857 p. 37; Wilson *prehistoric annals* p. 392; A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 37).

Indicatur fortasse pondus; notas vero nondum intellexi, si modo recte traduntur. Nam quod (x) nota numerum millenarium significat, vix potest huc quadrare.

1221 Massae plumbi albi (*pewter, tin*, sive *Zinn*) formae ovalis, repertae Londinii in Tamesi fluvio prope *Battersea bridge;* servantur in museo Britannico. Altera longa est dig. 7, lata 4, pondo paene unciarum 44; altera longa est dig. 8½, lata 4½, pondo unciarum 110¾.

a SYAGЯ
SYAC|

b SVAↄ
ЯIVS

Contuli. *a* A. W. Franks apud A. Way *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 88, *proceedings of the soc. of antiq.* ser. II 2, 1863 p. 235 cf. 3, 1865 p. 93, *archaeol. journ.* 21, 1864 p. 169; A. Way *archaeol. journ* 23, 1866 p. 68 ubi etiam *b* primum edita est ex lectione Augusti W. Franks.

Syagrius vel *Suagrius* nomen certum videtur; mentionem Franks fecit Afranii Syagrii consulis a. 382. In *b* titulus bis impressus est, ita ut alter alterum medium obtegeret; sed lectionem ab Augusto Franks sagaciter investigatam veram esse vidi in re praesenti. Sigillum christianum in *a* fortasse ita legendum *spes[in]* XP(*isto*); alterum nihil habet praeter A et Ω consolita.

LXXVII. TEGVLAE.

Praeter tegulas legionum secundae (n. 1222), sextae (n. 1223), nonae (n. 1224), vigesimae (n. 1225), classis Britannicae (n. 1226), cohortium aliquot (n. 1227—1232), alae unius (n. 1233), numeri alicuius (n. 1234), item fortasse stationis publicanorum (n. 1235), privatae quoque originis non paucae (n. 1236—1254) in variis Britanniae partibus prodierunt praesertim in meridionalibus; eas omnes composui hoc capite. In fine capitis composui quae scariphata sunt, ut fieri solebat, in tegulis.

1222 *a d—h* Iscae [*a d—g* ibi in museo; *h* in museo Cantabrigiensi; *a* etiam in museo Britannico]; *a* lateres praegrandes et optimi.

b i k Ex castris *the Gaer* prope *Brecknock* [*b k* Londinii penes societatem antiquariorum].

c Abergavenny (*Wales*), rep. *about the old castle* STRANGE, HORSL.

a b c LEG·II·AVG
d LEG II AVG LEGII AVG
e \IIG II AVG
f ƆVA II ƆƎ⅃
g ƆVA II EL|
h II AVG MVT
i LEG II
k |AVG

a Descripsi; Ed. Lluyd in Gibsons Camden p. 607 (Th. Gale itin. Anton. p. 126); Horsley p. 320 *Monmouthsh.* 2 (Goughs Camden 3 p. 117 ubi etiam haec memoratur LEG LAVG.II.AVG dupliciter impressa, quam vidit Wyndham); *gent. mag.* 69, 1799 p. 934; A. I. K(empe) *gent. mag.* 3, 1835 p. 600; Lee Isca p. 43 tab. 23 fig. 15 (mus. Rhen. 11, 1857 p. 5).

b Descripsi exemplum Londiniense. I. Strange Archaeologia 1, 1779 p. 294. 296 (Goughs Camden 3 p. 102 tab. 5 fig. 3); Jones *Brecknockshire* 2 p. 102; Archaeol. Cambr. 2, 1851 p. 167. 337.

c I. Strange Archaeologia 1, 1779 p. 35; Horsley p. 319.

d Horsley p. 320 *Monmouthsh.* 2; Lee Isca p. 43 tab. 33 fig. 16.

e—g Lee Isca p. 43 tab. 23 fig. 17—19 cf. *supplem.* p. II.

h Lee *delineations* p. 21, Isca p. 43 adn., ubi nexum aut MVT aut MAT aut MANT significari statuitur.

i Archaeol. Cambr. 2, 1851 p. 337 ubi mutila esse non dicitur.

k Descripsi.

Observa nullas repertas esse legionis secundae tegulas in castris collocatis circa vallum Hadriani et Scoticum, quanquam tituli eius legionis vexillationumque ex ea factarum frequentes ibi sunt.